



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutiones Pastorales De Præceptis, Vitiis Capitalibus, Et De Sacramentis

Marchantius, Jacobus

Coloniæ Agrippinæ, 1655

Declaratio Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium, circa facultatem absolvendi à Casibus Sedi Apostolicæ, & Ordinario reservatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41699



*Regulares non possunt poenitentes suos à
Casibus Sedi Apostolica & Ordinario
Diocesano reservatis absolvere sine
speciali licentia.*

Veruntamen ne Regulares cujus-
vis Ordin. Congregationis, Soc.
& Instituti etiam Archiepiscopali no-
stra auctoritate Ordinariâ approbati
potestatis suæ limites transcendant,
quæ Sacra Congregatio Cardinalium,
qui Episcoporum & Regularium ne-
gotiis & consultationibus præsent,
circa facultatem absolvendi à casibus
Sedi Apostolicæ, & ordinario reserva-
tis declaravit, ex ipsiusmet Congrega-
tionis subjectis his verbis quisque co-
gnoscere potest.

DECLARATIO

*Sacra Congregationis Episcoporum, &
Regularium, circa facultatem absol-
vendi à Casibus Sedi Apostolica, &
Ordinario reservatis.*

Sacra Congregatio S. R. E. Cardina-
lium negotiis, & consultationibus
* Episco-

Declaratio S. Congreg.

Episcoporum, & Regularium præposita censuit, per Confirmationes Privilegiorum, quas Regulares à Sede Apost. post Sacr. Conc. Trident. obtinuerunt, nequaquam revexisse Privilegia prius ab eodem Concilio, ac deinde etiam ipsius Congregationis Decretis sublata, atque extincta, si quæ habebant, absolvendi à casibus Ordinario loci reservatis; Quemadmodum nec indulta absolvendi à casibus contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini legi consuevit, utpote sublata per annuam ipsius Bullæ publicationem, vires, aut robur acquisivisse ex subsequentibus Privilegiorum Confirmationibus: Ac proinde Regulares cujusvis Ordinis, Congregationis, Soc. & Instituti, etiam necessariò exprimentur, nec intra, nec extra Italiam in vim Privilegiorum, aut Confirmationum ejusmodi, quas vel hætenus obtinuerunt, vel deinceps fortè obtinebunt, posse quemquam absolvere ab eisdem casibus in Bulla Cœnæ, aut Ordinario loci reservatis: Ac si secus egerint, ab-

solu-

Declaratio S. Congreg.

solutiones nullas, atque irritas fuisse,
ac fore: In aliis verò casibus, & cen-
suris Sedi Apostolicæ reservatis, si qui-
dem Regulares habeant à Sede Apo-
stolica absolvendi facultatem, illam
extra Italiam minime sublatam fuisse
iisdem Sacr. Congregationis Decretis
hac de re editis jussu san. me. Clemen-
tis VIII.

Quam sacræ Congregationis sen-
tentiam sanctitas sua ad se relatam ap-
probavit, mandavitque ab omnibus,
ad quos pertinet, inviolabiliter obser-
vari. Romæ 17. Novemb. 1628.

F. A. Card. S. Honor.

P. Fagnanus Secr.

APPRO -